

ciendum accedere. Primum videlicet quatuor solidis taxatur spectandi licentia, postremo vel uno dato admittebatur, oculos satiarent, qui sanguine Regio vel sanje potius, imbuta varia donum, non tam ad memoriam rei, quam ad ludibrium referrent, nisi hoc fecerint, ut in martyribus suis olim fecerunt, quorum sanguinem servabat, ut miraculis serviret. Quibus pluribus opus in re tam clara, in re tam liquida, ut Sol vix clarior, vix sit liquidior aer? Finem proinde dicendi facio, cum ex affectuum valle in Capitolium rationis ac mentis ascendere parantem sermonis mei, quo perire triumphans imbutur eloquentia, temporis prescriptum metu timor vestra, satietatis sufflaminet, atq; detineat. Ego interim pro rationis temporis, pro ingenii ac iudicii tenuitate, magis fudio, quam gratiae delicia. Regicidium Anglicum iure merito, parricidium vocari, idq; mox e prima parricidii definitione, mox a facti qualitate, mox ab agendi modo, post ab impulsiva commissa, per caedis causa, tum ab adiunctis, deniq; a fine probatur. Quis jam nunc rebus sic stantibus non detestaretur Parricidas Anglos? Quis non execraretur, quis non diris omnibus os devoveret? Profecto autem stupore plane oppressos fuisse, oportet vel amentia occucatos, ne in nefario hoc facto perfrando execrandos se populo. Magnae Britanniae, Deum sibi omnes que homines inimicos futuros praeviderent, Regem autem ipsum, quem sic immaniter mactarent, gloria apud posteros sempiterna fruiturum, proq; martyre in famam iterum. Sic proo qui vexillum omnibus, quae regio dominata gubernatur, nationibus erigunt Regicida Angli, ut Reges suos non solum expellerent, sed etiam ignominioso atq; infami caedis genere publice tollerent, vos Europaei Reges, cessabitis, quo minus invaderetis istos nefarios homines, iisdemq; iuni et aqua interdiceretis? Si securi tuti, semper esse voluissetis, toto Europaeo orbe convolare, atq; in unum convenire debuissetis, ut iunctis copiis ac militari viribus arma ad illas Regnorum Regumque publicarum Pestes exterminandas expediretis. Classicum quidem hoc non canerem, bellum hoc non suaderem, nisi quatenus e medio velle sanos tollendos fuisse vellent homines, qui Regum capita pro pilis, quibus tuderetur, habebant, qui coronis quasi trochis tudebant, quiq; sceptris non plus quam morionum baculos favebant. Honoretur itaq; deinceps, ubiq; Gentium non Regicidium non Parricidium, sed scelus. Honorentur futuris seculis non Regicida, non Parricida, sed sceleratissimi omnium saeculorum constructi, Verrecum in patria crassoq; sub aere nati.

delicio

Scriptis ac dixit  
GOTHOFREDUS GORTICIO - Lus  
Ao 1673. 21. Apr